

*PH.* quicum? *DO.* cum Parmenone. *PH.* norasne ēum prius?

*DO.* non. [nec quis esset umquam audieram dicier.]

700 *PH.* unde igitur fratrem mēūm esse scibas? *DO.* Parmeno dicebat ēum essē. is dedit mi hanc. *PH.* occidi.

*DO.* mēām ipse induit: post una ambo abierunt foras. 35

*PY.* iam sati' credi' sobriam esse me et nil mentitam tibi? iam sati' certumst virginem vitiatam esse? *PH.* age nunc, belua,

705 credis huic quod dicat? *PY.* quid ̄sti credam? res ipsa indicat.

*PH.* concede istuc paullulum: audin? etiam [nunc] paullulum: sat est.

dic dum hoc rursum: Chaerea tuām vestem detraxit tibi? 40

*DO.* factum. *PH.* et east indutu'? *DO.* factum. *PH.* et pro te huc deductust? *DO.* ita.

*PH.* Iuppiter magne, o scelestum atque audacem hominem!

*PY.* vae mihi:

710 etiam [nunc] non credes indignis nos esse inrisas modis?

*PH.* mirum ni tu credas quod ̄ste dicat. quid agam nescio.

heus negato rursum. possumne ego hodie ex te exsculpere 45 verum? vidistine fratrem Chaereum? *DO.* non. *PH.* non potest

sine malo fateri, video: sequere hac. modo ait modo negat.

715 ora me. *DO.* obsecro te vero, Phaedria. *PH.* ̄ intro nunciam.